

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Monumenta Varia Inedita Variisqve Lingvis Conscripta


Trimestre Septimum

Jenae: Bielckius, 1716

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825818370>

Band (Druck) Freier  Zugang 

ENTL




~~LXVIII. 8.~~

72. a. 4.

Zimini zwai Juballau.

Rb. 2685.

Pa-1018



MONVMENTA VARIA INEDITA

VARIISQVE LINGVIS

CONSCRIPTA,

Nunc singuli trimestribus prodeuntia

è Museo

JOACHIMI FRIDERICI FELLERI

Secretarii Vinariensis.



TRIMESTRE SEPTIMUM.

J E N Æ,

Apud JO. FELICEM BIELCKIVM

M DCC XVI.

ATV DVM COM
Trimestri Septimo continentur

- XXXVIII. Consilium de litigiosa causa sessionis ac suffragiorum, nec non præcedentia inter Archi-Episcopos Magdeburgensem & Salisburensem. (Imperatori Mathiae paulo ante Comitia Ratisbonensia Anni 1613. à Consiliario quodam aulico, ut verisimile videtur, exhibitum.)
- XXXIX. Nachricht von der Stiftung des Thüringischen Klosters Völkeroda / in sich haltend ein merkwürdiges Diploma von dem / mit dem Zuge wider die Sachsen A. 1139. beschäftigtem Kaiser Conrado III.
- XL. J. E. Felleri Specimen novi Epynomologici Critie, sive Judicia varia, aliaque observatu digna de claris quibusdam scriptoribus seculi XVI. & XVII. tam ex libris bonæ notæ, quam ex Schedis manuscriptis collecta.
- XLI. Tres Epistolæ Claudi Salmasii ad Gothofredum Jungermannum, ex autographis nunc editæ.
- XLII. Lettre de Mons. Stenonis à Monsieur Thevenot. 1678.



XXXVIII. CONSILIVM

*De litigiosa causa Sessionis ac Suffragiorum nec
non præcedentia inter Archi-Episcopos Magdeburgen-
sem & Salisburensem. (Imperatori Matthiæ paulo ante
Comitia Ratisbonensia Anni 1613. à Consiliario quo-*

*dam aulico, ut verisimile videtur, ex-
hibitum.)*

Intra cæteras easque graves difficultates, quas pro-
ximi Imperialibus Comitiis Ratisbona convocan-
dis Protestantes, ut eorum mos est, Catholicis
excitabunt, illa certe sicut prior ordine, ita &
momento & partium contentione validior exi-
stunt, quæ circa negandam aut concedendam Magdeburgensi
Administratori sessionem triginta abhinc annis exorta, nunc de no-
vo sumpta ab hæreticis, per nova fœdera ab ipsis inita majors ani-
mo acrior procul dubio reviviscet. Ipsa etenim multarum alia-
rum fons est & scaturigo, quæque in utramvis partem derivetur, &
inde magna profecto incommodorum colluvies manabit.

Verum ut res melius cognoscatur, operæ pretium fuerit, si e-
jus causas & principia altius aliquanto & brevius repetamus.

Cum invalecente per Germaniam hæresi Lutheranæ *Johan-
nes Fridericus, Dux Saxonie & Elector, Misnensem, Mersburgensem*

Ddd

8

& Naumburgensem Episcopos ex eorum sedibus deturbasset, ratus Cæsar Carolus V. se dignum Catholico Imperatore futurum, si tam gravem Ecclesiæ injuriam ulciscatur, contracto exercitu initoque prælio, quo ipse Fridericus & Philippus Landgravius Hassia, Protestantium Duces, capti fuere, dictos Episcopos suis diœcesibus ac pristino decori restituit, ademptamque Friderico Electoratus dignitatem, Mauricio itidem Saxonie Duci liberaliter attribuit. Verum cum hic Mauritius libertatem Philippi Landgravii socii sui vehementer urgeret, eamque diutius differri, quam par erat, iniquo animo toleraret, inito clam foedere cum Rege Galliarum, Alberto marchione Brandenburgensi, nonnullisque aliis Imperii Principibus, Lutheranæ superstitioni addictis, superatum fere Cæsarem ad Alpes usque infesto agmine inseccutus est, expulsisque item tribus illis Episcopis, eorum diœcesibus occupatis, præcipuas aliorum quoque Ecclesiasticorum Principum ditiones igne vastavit.

Cumque interim Rex Galliarum, qui se Germanicæ libertatis vindicem affirmabat, Tullum, Verdunum & Metum Imperio subtraxisset, & fatiscente ad tot copias Hungaria immanissimus hostis Turca ipsius Germanicæ cervicibus imminaret, Ferdinandus Rex tot undique malis circumseptus, ex mandato Cæsaris Anno 1552. indicto Passavii nonnullorum Principum eonventu, inter quos fuit ipse Mauritius, qui jam quietem expectare videbatur, ad sedandam Germanicæ turbam pacem tandem cum Protestantibus inivit, acceptis quibusdam conditionibus ; nempe ut capti Principes relaxarentur, ut Lutheranis à Catholicis vel ab ipso Cæsare & Camera Imperiali, ob religionis diversitatem, viâ juris nihil possit imponi, quo usque in sequentis anni Comitiis, quæ tamen ad annum usque 1555. dilata fuere, collapso Germanicæ Statui communis consilio consuleretur ; ut interim nec Catholici nec Protestantes, durante dissidio hoc religionis, se invicem turbarent, sed liberum esset unicuique religionem Catholicam & Augustanam confessionem amplecti, & in suis ditionibus retinere, utque pessimo certe facto & exemplo bona ecclesiastica, ad illum usque diem ab hæreticis occupata, nulla unquam actione possent à Catholicis vindicari, reliqua vero quæ in manibus Catholicorum remanserant, ab ipsorum Protestantium invasionibus forent penitus immunita. Et hic est ille tra-

tractatus seu conventio, quæ pax seu pacificatio religionis appellatur. In Comitiis enim A. 1555, Protestantes, ut qui modico feme in speciem contenti semper plus nimio mox sibi audent arrogare, institerunt, ut omnibus Statibus tam laicis quam ecclesiasticis libe- rum esset à Catholica religione resilire, quod transfugium & apo- stolam ipsi Reformationem appellant. Sed cum refragantibus Ca- tholicis ac multis hinc inde formulis super hoc productis, neque acerrime disputata inter se neutquam convenienter, Ferdinandus tandem Rex, cui utraque pars prædicti Articuli declarationem concrediderat, hanc rationem iniit, sed certe parum laudabilem ut supra.

Quod ad Catholicos pertinet, si quis Episcopus vel Ecclesia- sticus Status Augustanae Confessioni adhærere voluisse, id illi abs- que infamia liceret. Episcopatus enim seu alia dignitas & bona ecclesiastica quæ possideret, tanquam ipso jure vacantia ad ordi- nariorum Electorum vel collatorum liberam dispositionem devol- verentur. Et hæc formula & articulus *limitatio pacis religionis di- cta*, utraque parte tam Catholicorum quam Protestantum conser- tiente, dictæ paci religionis insertus, in tabulas Comitiorum rela- tus fuit. Verum animadvententes hæretici per prædictam formu- lam & articulum omnem spem, reliquos Episcopatus & ecclesiasti- cas dignitates invalidiores invadi, sibi penitus ademptam fore, illi- us abolitionem in pluribus sequentibus Comitiis sub Ferdinando, Maximiliano, Rudolfo, Imperatoribus ceterisque Catholicis Principibus fortiter renuentibus, acerrimis ac irritis semper cona- tibus urserunt. Sed neque hoc ecclesiasticorum securitati profuit.

Nam deficiente pasim ad Lutheranam superstitionem univer- sa fere septentrionali Germaniâ, Protestantes, tum viribus suis ni- xi, tum intercedentibus aliis rerum impedimentis, & præcipue lo- corum longinquitate securi, nec unquam hucusque ab Imperato- ribus satis infirmati, in illarum partium ecclesiias miserrime irre- pserunt, adeo ut ad minus 25. vel circiter dignitates ecclesiastice, quæ inter Status Imperii consebantur, in eorum manibus numeren- tur. Quiniso adulta jam hac ipsorum tyrannide ut suas partes Catholicis eò melius exæquarent, Sessionem & jus Suffragiorum in Comitiis debet sibi ratione dictarum dignitatum autumarunt,

factumque est hujus rei initium anno 1582. in Comitiis Augustanis à Joachimo Friderico, Marchione Brandenburgensi, praesentis Electoris parte, qui se legitime postulatum Archiepiscopum Magdeburgensem profitebatur.

Et licet in cipientibus Comitiis lite inter ipsum & Salisburgensem ob precedentiam prius excitatā, mox composita oscitante admissus fuerit, Catholici tamen re melius perspectā ipsius Legatos, quos abiens reliquerat, nunquam sequentibus Sessiōnibus admirerunt, atque exinde in cæteris Comitiis semper eadem difficultas, idemque vulnus sine turbis quandoque inflatum fuit. Cumque dicti Marchionis filius, praesentis Electoris Brandenburgensis germanus frater eandem sedem nunc occupat, & sui patris vestigiis inhærendo, non ita pridem Francofurti sessionem instanter petierit, certum est, quod hoc idem Ratisbonæ, suadentibus & adstipulantibus hæreticis, multa pertinacius efflagitabit. Quod quidem si ipsi negabitur, magna profecto incommoda consequentur. Nam ut cætera omittamus, revisio seu visitatio Camere Spirensis, quæ singulis Imperii Principibus seriatim competit & nunc ex ordine Archiepiscopo Magdeburgensi incumberet, incredibili cum justitiæ dispendio, ut jam diu docuit experientia, diutius omittetur. Si enim Magdeburgio prætermisso ad ullum illi proximum ex delegatione Cæsaris devinirent, possent hæretici hanc prætensionem ut injustam & Imperii legibus adversam criminari, ipsique visitatoris tanquam illegitimi acta rescindere, aut saltē refragari; quod, quam fu- erit imperio exitiabile, nemo non videt. At vero ex diutiori dictæ visitationis suspensione, & ex dilata per tot annos misericordiis litigantibus justitiā, & per consequens dirupto præcipuo hoc fulcro Reipublicæ, tota brevi corrut neceſſe erit. Amplius fallime eveniet, ut ne dum ipse Magdeburgensis, sed cæteri quoque Protestantes, quorum cauſa communis agitur, hæ repulsa irritati, communicatis consiliis, sint re infecta à cœmitiis discessuri, ac proinde ob privatas hujusmodi similitates multæ, quæ nunc urgent Imperium, necessitates misere transmittentur. Et quod magis est imminentī Turcarum tyrannidi ingens ostium aperietur. Distractis enīm inter se Principum Germanorum animis

animis, nec cohærentibus viribus, tam rapido torrenti frustra se
imotentia Cæsar is opponit. Quod quantum universæ Chri-
stianæ reipublicæ reformidandum sit, facile fuerit cuique per-
spicere. Sed esto, quod ipsius Magdeburgensis intrusi nulla ra-
tio habenda sit, non minus fortasse negotium nobis faceisset
ejusdem Ecclesia Capitulum, quod quidem in Comitiis A, 1576. 1582.
E. 1598. deberi utcunque, vel sibi vel Administratori sessionem, hoc
ut audio dilemmate affirmabat. Nempe, vel per possessionem præsen-
tis Administrato roris non vacat Ecclesia, vel vacare: Si potius censemur
posteriori, verum est, cur quæso in præmortui legitimi Prælati locum,
non erat Capitulum in his saltem, quæ sunt meræ jurisdic-
tio-
nis, libere subrogandum, & vel magis, cum Canonici aliæ sede
vacante ex consensu eo scitu Cæsar is seculare regimen illius
Principatus obtinuerint, canonicatus & præbendas, saltem ut-
plurimum, absque discrimine Catholicæ & Augustanæ religio-
nis contulerint; sint autem præsentes capitulatores nonnulli ca-
tholici, puta præpositus Comes à Zollern, consueverint & summi
Pontifices suis apostolicis Brevibus Capitulum & Canonicos
compellare, ipsos dilectoris filios nominando: nec non in Came-
rali judicio Spirensi multoties decisum fit, Capitula Sede vacante es-
se veros Status Imperii, & in processionibus tam activis quam pas-
sivis cum Episcopo, si adessent, eodem jure conseri. His accedit,
quod in subscriptionibus Imperialium Comitiorum multoties
nomina Legatorum Capitulorum legantur, ut Anno 1541. Legati
Capituli Verdunensis & Frisingensis, Anno 1555. Capituli Min-
denensis; Item Anno 1576. Capituli Halberstadiensis, cum Henri-
cus Julius Dux Brunsvicensis, ad præsens illius Ecclesiæ Admini-
strator, in pupillari esset adhuc ætate.

Verum quod primò attinet Magdeburgensem intrusum, si ipsi
Sessio concederetur, hydra certe multorum malorum adversus
Catholicos reviviseret. Nam 1.) inter ipsum & Archiepiscopum
Salisburgensem, cui ceu Directori in Concilio Principum una
cum domo Austriaca alternatio competit, questio de precedentiâ
explicatu difficilima excitaretur. 2.) Ipsius exemplo ceteri ejus-
dem færinæ Pseudo episcopi idem sibi optimo jure vendicarent,
ut pro legitimis Prælati ab universo Imperio agnoscerentur,

ac perinde omnes Protestantes & apostatae, rejecta predicta pa-
cis simulatione, tanquam idonei & eligibiles tam obtinendis
Prælaturis quam dignitatibus Electoralibus avidius inhiarent.
Hinc inde 3.) fieret, quod progressu temporis tam electionem Re-
gis Romanorum, quam ceteras Comitiorum deliberationes heretici
numero Suffragationis excedentes, arbitratu suo & in Catholicorum
perniciem moderarentur; ex quo non solum in Germania sed in
ipsa quoque Italia, ob infastationes ipsiusque Imperii inibi jura
& actiones magna turbarum seges facile exardesceret. 4.) Po-
litice loquendo, sessione ipsi & sui similibus concessa, incertum
adhuc erit, an in proximis vel sequentibus Comitiis sint Cæsaris
postulatis assensuri, nisi illis prius, ut puto suffragiorum nume-
ro potentioribus & evincere aptis, plenè per fas nefasque ut suas
petitiones quamvis absurdissimas obtineant, caveatur. Et profecto
tale est hereticorum ingenium, ut ubi semel vafre irrepserint, illico
nos loco satagant amovere, nec perfidis unquam causa deficiat,
cur pacto non stent, semperque aliquam fraudi speciem juris
imponent.

Nee quæ in contrarium objecta sunt, quicquam plus evin-
cunt. Nam si hinc periculum dissolutionis comitiorum, inde
autem relata jam incommoda æqua lance suspendantur, inve-
niemus absque dubio hæc multo proclivius propendere.
Addo quod ex negata Magdeburgensi sessione incertum adhuc
esset, an omnes Protestantes fuerint communis suffragio, seu fa-
cto impetu comitia dissoluturi, cum id haec tenus in simili casu
non fecerint, possintque probabiliter in attentando nedum pa-
tientia & reverentia novi Cæsaris, sed exemplo quoque & com-
paratione Saxonis coerceri, qui cum tres Episcopatus possideat, Ses-
siones tamen ratione dictarum Ecclesiarum nunquam instanter petiunt,
ne deinceps creditur presumtur.

Deberet quidem (quod certum est) omni jure sic suadente
ipse Magdeburgensis intrusus, ceterique sui similes à possessio-
ne saltem illarum Ecclesiarum deturbari, quas post dictam pa-
cem religionis occuparunt, sed melior & ad hoc opportunitas
expectanda, totumque negotium Deo Opt. Max, cuius causa
jam agitur committendum. Neque sane novum est, ut lentiora
semper

Semper sunt remedia quam mala, & ut medici plus interdum quiete, quam movendo atque agendo proficiant. Idem prorsus & iisdem rationibus quoad ipsum Capitulum Magdeburgense & cætera ejusdem generis statuendum erit,

Exempla enim & argumenta pro Capitulis superiorius relata, tanquam speciosa, & falsis principiis innitentia facilime diluviantur. Nam esto vera sint quæ afferuntur, certe intelligenda sunt de veris & legitimis Capitulis, & quæ juxta pacificationem religionis ecclesiastici status & beneficiorum capacia, prædictis exemplis recensita, hoc est, vel Catholica, vel quæ ex illis Ecclesiis & Dioecesibus adhuc exercitium veræ religionis non expulerant. At Capitulum Magdeburgense & similia, cum in his vel nulli sint Catholici vel paucissimi & sensim extinguantur, nec non aliquot, ut Bremense & Verdense, in quibus cum paucis abhinc annis contra concordiam germanæ nationis nulla collatio beneficiorum sanctissimo Domino nostro Summo Pontifici permittatur, non Capitula Ecclesiastica, sed Synagogæ & Conventicula potius sunt appellanda, nec male secum agi existimant, quod ex merito suæ prævaricationis præter sessionem & jus suffragii omnibus quoque ecclesiasticis redditibus & prærogativis, ut par esset, non preventur. Et quamvis Imperator tum suis literis, quas passim scribit, tum actionibus Cameræ Spirensis, tum quod magis est, beneficiorum possessionibus, prædicta Capitula pro legitimis videatur agnoscere, id tamen sit cum ex coatta quadam patientia & necessitate, magno sane imbecillitatis humanæ patrocinio, tum ad materiam sceleri detrahendam, & ne intempestivis remedii delicta accendantur. Nam si sua Majestas illa expresse illegitima declararet majora procul dubio iurgia & pericula subnascentur: siquidem sic docente experientia, Nobiles & Civitates dictarum Dioecesum hæreticis dogmatibus ut plurimum addicte, occasione arrepta & prætextâ, cum jam defecerint vera Capitula, illico electionem Episcorum sibi liberius usurparent, uti An. 1597. in casu minus arduo, Equestris Ordo & Civitas Bremensis jus eligendi & approbandi electum, factò impeitu expostulavit. Rege Daniae, Duce Mechelnburgensi, nonnullisque aliis finitimiis Imperii Principibus tempestas illa pro tempore sedata est. Sequere-

twe

tur etiam, quod eorum Capitulorum redditus & præbenda facillime in tali casu, vel possessorum aviditate in bonorum patrimonialium naturam transirent, vel paulatim affinium Principum & potentiorum accessione corruerent, vel quod certissimum est, Cæsaris & Romani Imperii, erga ipsa secularis præminentia & feudalis jurisdictio sensim evanesceret & interiret, Unde consilii semper hucusque vium est hoc vulnera, quo usque valido cauterio curari nequeant, silentio tanquam per legere, lenique prudentia, ne serpent latius, circumliniro.

Sunt tamen nonnulli hic politice docti, qui ad hanc controviam feliciter transigendam arbitrentur, medium aliquod cum Capitulis iniri posse, ita ut ipsis sessiones absque præjudicio Catholicorum & cum quibusdam inferius reconsensandis conditionibus concedantur; Scioque Rudolphum II. Imperatorem A. 1575. curasse, ut ad illustrissimum Cardinalem, Ludovicum Madrutum, tunc temporis Germanicæ nationis in Romana curia protectorem, longa scriptura pararetur, quâ instructus nomine suæ Majestatis perficiendo negotio summi Pontificis consilium & oraculum, si fieri posset, extorqueret, sed morte Cardinalis & mutila & vitiosa scripta temporum incommoditate universa hæc interierunt.

Primò urserunt, ut interim, & quo usque in Germania controversia de religione viguerit, prædictis Ecclesiasticis & Capitulis de veris & ab Apostolica sede confirmatis Episcopis provideatur, & non ab intrusis seu Administratoribus (qui salvo tamen jure administratorio ipsis indulto deberent juri sessionis & suffragii solenniter cedere) sed à Capitulis, ad demonstrandam eò magis illarum cathedralium sedium vacationem, Commissarii vel omnes Catholici, vel pares saltē numero cum hæretieis ablegentur.

Secundo ut prædicta capitula suæ Cæs. Majestati jurejurando se obstringant, exercitum catholicæ religionis in dioecesibus & cathedralibus, ubi adhuc vigeat, retinendum fore: In illis vero, unde fuerit penitus expulsum, saltē quoad capitulares veluti postlimio revocandum.

Tertio, ut iura ecclesiastica sedisque apostolicae autoritas, tam quoad confirmationem Prælatorum, quam quoad præbendarum & dignitatum collationem, seu mensum reservationem, protut juris est, sarta testa serventur.

Quar-

Quarto, ut ipsis Administratoribus indulta quidem à sua Cæs. Majestate ad feudum legitime possidenda & administranda, non tam ad vitam, ut veris Episcopis dari solent, sed ad triennium solummodo, & sine prejudicio ecclesiastici Status concedantur, debeantque interim durante indulto ipsi Administratores unà cum Capitulis dare operam, ut confirmatio Pontificis sequatur, adhæc ut vere habiles & capaces ecclesiasticæ jurisdictionis & talium feudorum fiant. Si vero prædictum indultum fuerit per plures revocandum, quod Suæ Majestatis voluntati ac arbitrio relinquunt, debeant Administratores per suos Ablegatos petere, & supradicta omnia novis reversalibus de novo polliceri. At vero tandem & honesta forent, si prius in hoc sanctissimus Dominus noster Pontifex consulatur. Quamvis vulneratae cause Catholicæ etiam ex integrō satisficeret, si Sua Majestas cum Electoribus ecclesiasticis rem conferat, & ex eorum consilio decernat. Ajunt enim, *jus Sessionis in Comitiis non nisi principatus ratione & feudalie Jurisdictionis competere, & propterea à solo Cæsare, veluti directo Damno feudorum promanare, nihilque prorsus ad ecclesiasticum Electorem pertinere, & cò magis, quod Sua Cæs. Majestas in Coronatione Cæsarea mense Junio clapsi anni 1612. Francofurti habitis disertis verbis pollicita sit, se pacem religionis secundum constitutionem Imperii & de Electorum consilio, nulla facta mentione Summi Pontificis, curaturam.* Lex vero illa autoritate Cæsarum stabilita, nunquam fuit consensu summi Pontificis confirmata, ac propterea frustra Sanctitatis suæ mens & consilium explorabitur. Quicquid enim dictæ pacis conservationi & defensioni conduceat, procul dubio tanquam ecclesiasticæ jurisdictionis contrarium, & veræ fidei exitiabile respuet.

Verum si Sua Sanctitas consulatur, credo, nominis Sua Majestatis & Electorum ecclesiasticorum certissime consuletur. Si non, ab illustrissimo Legato, in proximis Ratisbonensisibus comitiis summopere invigilandum erit, ne dum vel tædio tam longi discriminis, vel ad contributiones Imperii oceupandas, paci & concordia fortasse nimium indulgetur, magnum aliquod catholica religio detrimentum patiatur. Et certè, si rem cominus inspiciamus, præterquam quod illæ conditions difficulter obtinebuntur, prædictæ moderationi cautè utcunque adhærendum est.

Egg

Nam

Nam enim **Capitulum exempli causa Magdeburgense**, de quo
præsertim agitur, non nisi ex hereticis constet, etiam si Præpositus ad
tempus Catholicus capitulari nomine ad imperialia comitia mit-
teretur, parum profecto obtineremus. Ipse enim Ablegatus seriem
sui mandati nullo pacto posset excedere, & proinde sua suffragia &
responsa tanquam ab infecto fonte, hoc est heretico Principe &
Capitulo manantia ex Nilo & Euripo, quamvis aucto, nihil bo-
ni prorsus attraherent. Quin verius heretici, nobis stolidi ne-
dum pueriliter decepti, venenum in gemmæ vasculo, primo
dulce, mox stato tempore exitiosissimum propinarent. Cum
enim inter Augustanos & Catholicos circa beneficia & obvenio-
nes ecclesiasticas, vigore illius pacificationis nullum discrimen a-
gnoscatur, si haec rima ad obtainendas Sessiones Capitulis, ut plu-
rimum hereticis, aperiretur, quamvis ad tempus in legatis ca-
tholicis eligendis Protestantes ex industria consentirent, tempore
tamen procedente, ut in futuris comitiis, procul dubio liberam, &
sine religionis discrimine dictorum Legatorum electionem usur-
parent. Facile enim & fortasse vere obtenderent, neminem Ca-
tholicorum inter suos Capitulates reperiri, vel si quis forte repe-
tiatur, non tam esse, qui in tot principum consellu admissus,
tanquam gravium negotiorum onus digne valeat sustinere. Un-
de quod nunc prima fronte speciosum videri posset, in magnum
postea vergeret Catholicæ religionis exitium. Erit igitur nobis
Catholicis, memoria Trojani equi & exemplo edocetis serio ut-
eunque cavendum, ne adumbrata pictura speciosum, sed occultis
periculis grande & mox sero penitendum aliquod consilium di-
ruptis prudentiæ manibus admittamus.

His itaque sic stantibus, præcipuum ne dicam unicum reme-
diū, quod huic morbo idoneum agnosco, in Catholicorum
Principum constantia situm est, qui cum justissimam causam tue-
antur, pro qua constitutiones Imperii & omnia jura militent, in-
dignum sane fecerint, si ipsam, quamvis armis tractanda foret,
timide deseruerint. Nam, ut bene ait ille *causa jubet melior Su-
peros sperare secundos*. Debet igitur mea sententia ecclesiastici
cæterique principes catholici res suas inter ipsos, sociis ascitis si
fieri potest auctoque ære collectis, & sanctissimi Domini nostri

sum-

summi Pontificis ac catholici Hispanie Regis, & auctoritate & auxilio freti, firmius & oportune stabilire, s^eque si vice suffragiorum cum adversiorum temeritate armis decretandum foret, defensioni paratissimos ostentare. Sic enim f^et, cum ex certissimo scito gladius gladium cohipeat, ut hæreticorum minæ & studia malæ causæ innitentia languescant, illico intelligentque ipsi propria communique Germaniæ paci consulentes, vitare potius intestinum bellum, quam provocare. Quod si Turcarum tyrannus, ut timetur, Pannoniam iavadet, eò magis debebunt, nisi velint se aliosque fatuo certe exemplo pessundari, privatis simultatibus sepositis aut certè dilatis, publicam pacem tueri, communiaque agraviora pericula communibus item armis propulsare. Verum cum sciām quæstionem hanc Magdeburgensis Sessionis nunc temporis Suæ Cæs. Majestati apud ecclesiasticos Electores non nullosque alios Principes exactissime exagitari, arbitror tandem consultissimum f^erē, si eorum sententiam experiamur, eo tamen animo, ut quoisque evidētibus argumentis aliud non demonstretur, neganti potius, ut tutiori, quam affirmanti parti firmiter adhæreamus.

XXXIX.

Nachricht von der Stiftung des Thüringischen Closters Volckeroda / in sich haltend ein merkwürdiges Diploma, von dem mit dem Zuge wider die Sachsen / insonderheit Henricum Superbum, A. 1139. beschäftigtem Kaiser CONRADO III. (der in diplomatisbus Secundus pflegt genannt zu werden) aus Sagittarii Antiquitat.

Thuring. MS.

Anno 1138. soll das berühmte Thüringische Closter Volckeroda / Cistercienser oder graues Ordens / insgemein Volckeroda oder Volkenroda genannt/ gestiftet worden seyn; Dieses bezeuget mit wenig Worten der Auctor de Landgraviis Thuringiæ cap. 18. Anno Domini M. C. XXXVIII. (sagt er) fundatum est Monasterium in Volkenrode Cisterciensis Ordinis. Gewiss ist es / daß es A. 1139. schon muß gestiftet gewesen sein; Allermassen in selbigem Jahr König Conrad von einem seiner
Ecc 2 eden

edlen Bedienten / Hermann genannt eine Mühle bei Kermare
(mag wohl der Flecken Rörner seyn / vor acht Mark Silbers
gekauft / und solche dem neuen Closter verehret. Vor von mir
der Schenkungs-Brief in Abschrift zu Händen kommen / und wür-
dig ist das er althier dem werthen Leser wieder mitgetheilet werde.

In nomine Domini nostri & SS. individuæ Trinitatis Ego CON-
RADUS divina favente clementia hujus nominis Secundus Ro-
manorum Rex Augustus. Notum esse volumus universis, tam po-
steris quam præsentibus Christi fidelibus, quatenus piis Supplica-
tionibus religiosorum virorum commoniti, & necessitatibus pau-
perum Christi providere cupientes, Molendinum juxta Kermare,
quod ministerialis noster Herimann à nobis in beneficio multis
annis possederat, ab eodem ministeriali nostro prelio octo marca-
rum argenti recomparavimus, & in nostram potestatem libere re-
cepimus, & sine omni contradictione idem molendinum mo-
nachis religiosis in Volkolderode Deo & S. Mariæ ibidem famu-
lantibus, cum omni libertate possidendi & fruendi in perpetuum,
propria manu tradidimus & delegavimus, videlicet ne divinæ re-
ligionis fervor pro penuria vestigium ibidem decalesceret, & ut
ipsorum oratio pro nostris quotidianis excessibus expeditius inter-
cedere posset. Ut autem nostra hæc traditio & delegatio omnibus
evidenter firma & inconcusso permaneat, præsentem paginam sigilli nostri im-
pressione robore avimus, & nostra imperiali autoritate confirmavimus. Si quis
autem contra hæc venire vel aliquo malo ingenio impingere præsumferit, auri
triginta libras purissimi componat, quorum partem dimidiam iisdem tribubus
persolvat, reliquam vero in scribiis Regis reponat. Huic autem delegationi nostra
idoneos testes adhibuimus, quorum nomina subscripta habemus.

Signam Dni Conradi R. R. Secundi.

Albertus Moguntinus Archiep.	Albero Trevirenſis Archiep.
Bucco VVormatiens.	Sigfridus Spirens.
Udo Cicens.	Embrieo Herbipoleans.
Lupoldus Dux Bavariæ.	Adelbertus Dux Saxonia.
Albertus Comes de Monte.	Ludovicus Landgravius.
Comes Sigebodo de Schartfeld.	Hermannus Comes de Pleffa.
Ludovicus Comes de Lare.	Heinricus Abbas de Heresfelden.
Sivart de Aldelgeresburg.	Conradus Abbas de Nolden.
Facta est autem hæc vendiis in lo- eo Hersfelden in expeditione quam habuit Rex aduersus Saxones Anno Dominica Incarnationis 1139. Indi- cione 2. anni vero regni ipsius secundo.	
Ego Arnoldus Cancellarius vice Adelberti Archicancellarii,	
XL,	

**J. F. Felleri Specimen novi Eponymologici
Critici, sive Judicia varia, aliaque observatae dignae de
claris quibusdam scriptoribus seculi XVI. & XVII. tam ex
libris bona notæ, quam ex Schedis manuscriptis
collecta.**

Georgii ACANTHII, Kelhaimeri, *Philosophia Platonica Libri*
tres. Basileæ per Joh Oporum, 8vo.

Kelhaimerus vocatur à patria Kelhaimo, Bavariae oppido, cu-
jus ipse meminit in Epist. ad Lectorem p. 21.

Dedieavit Alberto Bavariae Duci Friburgi Brisgoiae Cal. Aug.

1554.

In Epistola ad Lectorem hæc scribit de se : Quum ad hy-
mem me ex Anglia Lovanium recepisse, abhinc amplius annis
tribus, & ibi in artium studiis liberalissimis me, doctrinisque ex-
ercuisse aliquamdiu, elegi ex omnibus bonis autoribus harum
rerum Principem ac penè inventorem *Platonem*, quem præcipue
colerem: atque veterem illam philosophiam ab eo mirifice ample-
xatam, à me autem certo intervallo intermissam excitavi & revo-
cavi ad pristinam dignitatem. Quo tempore mihi primum venit
in mentem, ut antiquissimam nobilissimamque doctrinam Plato-
ni tam longe lateque dispersam atque fusam per omnes fere set-
mones, qui ab eo prescripti variè, copiose sunt, certa via expli-
carem & ratione quadam constringerem. Ad hoc accesserunt clari-
ssimorum & doctissimorum virorum cohortationes, quorum
libris etiam ad illud opus, quod volebam aggredi, ut optimis lice-
bat. Gaudebam illis probari hoc novum studium: atque sine
mora negotium magnum quidem, & arduum, & laboriosum sus-
cipiebam. Quare non tam spe perficiundi, quam experiundi vo-
luntate omnes ejus sermones primum diligenter etiam atque et-
iam lexitavi, & libavi excellentissima quæque: deinde non mo-

Ecc 3

do

do quid ille dicebat, sed etiam quid in singulis philosophiae partibus probabat maxime, ordine isto persecutus sum, ut primo loco ea, quæ ad artificium differendi atque tractandi: secundò ea, quæ ad totius naturæ questionem: tertio ea, quæ ad virtutes & vitiæ, ad res fugiendas & expetendas: quarto ea, quæ ad optimam Reip. institutionem: quinto ea, quæ ad unum rerum omnium principium, auctoremque Deum, & ad institutiones factas pertinebant, collocarem, & unumquodque eorum rursus quem ad locum referri conveniret, reponerem. Quum itaque satis hujus operis magnitudo crevisset, in XV. libros distribui: totam de universo genere philosophiae uno libro explicavi sententiam, tribus præterea de differendo, tribus de natura, quinque de vita & moribus, duobus de Republica & Oeconomica, uno de Deo rebusque divinis. Illud tantum restabat, ut cum observasset quid quibus & in libris & in locis esset collocandum, unumquodque eorum plenâ quadam ratione, sententiarum varietate & gravitate verborum perpolita ornarem, ac certis disendi luminibus amplificarem atque augerem &c. Sed cum & contra voluntatem meam, & præter opinionem ea perturbatio incidisset omnium rerum, ut mihi in patriam, quæ est Kelhaimum Bavariæ proficiere esset, declinavi à proposito, deflexique sententiam. Quoniam vero iniquam meam esse fortunam arbitrabar, & iter infestum ac periculosum mihi videbatur, omnes de philosophia Platonis commentarios

Emendaturis ignibus ipse dedi.

Quæ præterea de philosophorum sc̄tis, cum adhuc Basileæ, literis operam darem, observare & colligere cooperam, in exilium ejeci, mihi semel atque iterum & sepius maledixi, qui in magnis artibus atque doctrinis plurimum à prima adolescentia studii posuisssem & temporis. Verum de tam multis & variis molestiis cogitationibusque meis nunc dicere non est necesse. Non ita multum spaci⁹ est, quod ex Italia rediens naētus sum & locum opportunum & tempus magis idoneum ad scribendum, quam unquam antea. Hic ego multa simul cogitavi de rectissimis atque honestissimis studiis, quorum omnium moderatrix & quāsi apex esset philosophia, non illa de nugis sophistarum: sed hæc in qua de omni optimarum

re-

retum cognitione, de civitatibus instituendis & regendis, de scribendis legibus, de Justitia, de fide, de hominum moribus disputatur. In qua cogitatione mihi ille non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimus autor & magister Plato iterum occurrebat, quem principem omnium philosophorum semper judicavi. Itaque hosce libellos tres de antiqua philosophia ex testimonio illius nuper conscripsi, non ut triennio ante institueram, sed ut meorum studiorum ratio temporisque ferebat.

Summa Librorum Acanthii de philosophia Platonica hec est.

Libro primus continet generalia quædam de philosophia, & specialia de philosophis græcis.

Definitio philosophiæ platonica p. 39.

De Pythagora & Pythagoreis p. 56.

De Socrate p. 70.

De Platone p. 89.

Liber secundo Platonicam philosophiam exponit juxta tres ejus partes, nempe Logicam p. 99. (ubi de Ideis p. 123.) physicam p. 154. (ubi iterum aliqua de Ideis p. 156.) Ethicam p. 172.

Libro tertio docet, Platonicam philosophiam ex Hebræorum fontibus manasse, productis in hanc sententiam variis locis parallelis: quoad Ethicam p. 200. Physicam p. 219. Logicam p. 230. Secutus autem hâc in re est Acanthius præcipue auctorita-tem Eusebii p. 199. 234. Initio autem hujus libri quædam repe-dit de seculis Græcorum ante Platonem pag. 193. In extrema parte satis copiose disputat contra contemptum philosophiæ pag. 251. definiens philosophiam juxta Platonem p. 257. & legitima ab illegitimo distinguens p. 263.

Dictio Autoris hujus satis elegans & latina, sed ordo quodammodo perturbatus: neque ex his libris penitiora Platonici dogma-tis addiscas, aut ultimos fontes cognoscas.

A pagina 297. usque ad 335. congesit varia è Cicerone testi-monia de Philosophia, Rhetorica in primis & dialectica.

Inde sequitur ejusdem Georgii Acanthii de periculosa ac tur-bulenta nostri seculi Republica lamentatio. Carmen est sapphicum bene longum, quod dedicavit Carolo Relingerio Venetiis ex ædibus Aldi A. 1552. quo anno & ibidem impressum antea fuisse constat.

p. 297

MONUMENTA

Spachii Nomenclatore Scriptorum philosophicorum p. 106.
(Excerpta haec à me jampridem fuerunt, ex Jacobi Thomae Professoris quondam eloquentia celeberrimi in Academia Lipsiensi avi mei ex neverca, Notitia Auctorum Ms. cuius passim mentio fiet in hoc specimine.)

Jacobus ACONTIUS, Tridentinus, scriptit librum de Stratagematibus Satane, de quo vide Voëtium Disput. selectarum Tom. I. p. 160. conf. ibid. p. 415. 501. 975. Vid. etiam Calovius System. Theol. Tom. I. p. 123. 780. 853. Conferatur Reiserus de Atheismo p. 297. 298. Calov. Instit. Theol. p. 205. ubi insigne ejus eelogium è Remonstrantibus, item p. 56. Vita, fata & doctrina Acontii, ex ejus libro de Stratagematibus Satane, Tomo VI. observ. Hallens, observat. 25. quæ hanc censurā finitur: Si vel maxime quedam atro notanda lapillo in Libro ejus de Stratagematibus Satane occurrerent, hac tamen infinita rerum utilium varietate facile compensarentur. Omnibus itaque, quibus vera sapientia, immo vere pieatis studium curæ cordique est, commendatum cum libellum maximopere cupimus.

Antonius ARNALDUS, Doctor Sorbonæ Parisiensis, æternam nominis sui famam sibi paravit his scriptis, recensitis in Petri Pauli Hommes illustres p. 54. sq.

Elementis de Geometrie, si estimatez de tout le monde.

La Grammaire raisonnée est toute de luy, & il a eu beaucoup de part à l'Art de penser. Ces livres sont deux Chefs d'œuvre en leur espece

De la fréquente communion, qu'il fit à l'age de 28. ans.

La morale de Jésus Christ renversée par les Calvinistes.

La morale des Calvinistes convaincue de nouveau

Traité de la lecture de l'Ecriture sainte. Défense de la perpétuité de la foy. Elle a été imprimée sous son nom pour luy donner plus d'autorité, l'ouvrage néanmoins n'est pas tout de luy, & Mons. Nicoley a eu beaucoup de part.

Les volumes, que Mr. Arnauld a écrits contre le Ministre Claude

Lucas ASSARINUS, Genuensis, natus Hispali, patre Genueensi Antonio Assarino & matre Cantabra Dn. Joanna de Relax anno 1607. 18. Octobr. Lucus Evangelistæ sacro, unde si nomen

CON-

contigit. Hic inter eos connumeratus, qui ingenio possent, di-
stusque nostri seculi decus, Italiz nec non Ligutiz ornamentum,
cujus ELOQVENTIA apud omnes opinio semper fuit singularis.
Anno 1670. vivebat Augustæ Taurinorum, Serenissimo Duci Sab-
audio & aulicis omnibus pergratus. Edita sunt ab ipso:

Tumultuum Catalaunensium Libri quatuor Genz 1646. in 4.
cum annotationibus.

Bellorum Italorum Tomus I. Taurini 1665.

Epistolæ variae, fabulæ amatoriæ, Stratonica* &c.

vid. Oldoini Albenum Ligusticum p. 401. 402. meminit ejus Ni-
colaus Antonius in Bibliotheca Hispanica.

* Stratonica Assarini ex Italico & Gallico Sermone, in gratiam filii Lau-
rentii, Consulis olim Lipsiensis, Oppersdorff postea quptæ, in Germani-
cum eleganter translata fuit à M. Paulo Bosio, Ecclesiaste Dresdeni, (Pa-
rentationum editore), cum Lipsiae studiis incumbere. Sed hæc versio
nunc in officinis Librariorum haud amplius obvia.

Johannes BASIUS. Autor est libri, cui titulus: Pa-
radoxarum Disputationum Juris Civilis Libri IV. in quibus dubia &
ambigua & Ctorum traditiones responsaque inter se repugnantia in ju-
dicio & examen revocantur, & quique lance ponderantur, atque re-
conciliantur - Auctore Ioanne Basio, Frieso, ICto. Basil. A. 1575. fol.

Nemini dedicat: Ad lectorem autem inter alia hæc præfa-
tur. Scitis autem studiosi moris id esse nostra tempestate doctis, quod
vel ad reprimendam Scolorum in judicando ac rejiciendo temerita-
tem & audaciam, vel ad gloriam aliquam aut preium inde impe-
trandum, auctoritate Principum, quibus sua dedicant, suffulciantur,
ut quos ratio & causa equitas non concilitat, eos Heroum cum doctie
consuetudo, nec non & ipsorum retundat ac compescat auctoritas.
Sed eum morem, candide Lettor, ideo sprevi, cum videam meos la-
bores solum ad tuam utilitatem & progressionem tuorum studiorum
in legali scientia pertinere, &c. Habet ergo hic mea in toum fere jus
(in primis autem in tractatum de Institutione & Exhæredatione†) de
ambiguis doctorum responsis paradoxas disputationes.

† Ita est: Sed adeo pleraque capita ad argumentum testamentarium perti-
nent, ut horum comparatione præstissem plane tacere illud de toto fere
jure, paucissima enim sunt alterius argumenti. Lib. IV. c. 8. titulus hic est:
Nimia Hettomanni licensia in Scabiolam notata, ac ipsius crassus dere-

*B*us error in explicatione s. idem credendum vers. Nam si &c. & aliam
in eundem serfculum reprobata explicatio, ac communia doctorum de-
senta. Ubi quidem in ipso capite satis acriter in Hottomannum invehi-
tur. Hinc opinor motus est Joh. VVillichius Neonobellus, ut de fatui-
tate Basianæ epistolam scriberet pro defensione Hottomanni, ut cognos-
co è Desselii Bibliotheca Belgica p.455.

Caspar BACHETVS. Burgi Sebusianorum diem obiit ante
decem aut circiter annos vir insignis, Gaspar Bachetus Mezeria-
cus. Habere se dicebat paratum *Apollodorum* cum eruditissimis
commentariis, in quibus omnibus mythica Theologia explicatur.
Vir erat doctus & accuratus, ut constat ex libello de *Æsopo & fa-
bulis Æsopicis*, aliquotque sacris epistolis ad Ovidianarum exem-
plarum concinnatis; que omnia video à magnis viris in summo
pretio haberi. Præter ejus *Diopbanum & Commentarios Gallicos*
in epistolas Ovidii nihil de eo cognovi. Inquire quo se sedulo de
omnibus istius viri scriptis, & quicquid tantum nomen præferre
inveneris, meo nomine comparare ut velis enixe contendo. *Clas-
dius Sarravius in Epist. ad Alexandrum Morum.* 1644. p. 99

Petri BEMBI, Cardinalis, *Epistole*, prodierunt Basileæ 1567.
gvo. Inscriptum erat nescio cuius manu: Bembum hominem pa-
rum piura fuisse constat ex epistolarum Paulinarum contemtu,
quas *Epistolacias* appellant. Vide rigidum de Bembi epistolis ju-
dicium Scipionis Gentilis, JCti, in *Commentariis in epistolam*
Pauli ad Philemonem c. 18. sub finem.

Qualis Bembus in Epistolas Pauli

Talis Scipio in Epistolas Bembi.

Bembus, qui postea Cardinalis factus est, eum ad Sadole-
tum venisset, & eum in enarratione epistolæ ad Romanos aliquid
opera colloquere intellexisset; Omitte, inquit, has nugas, non de-
cent gravem virum tales ineptæ. Talium judiciorum plena est
Italia, ubi ingredientes in templo dicunt se accedere ad commu-
nem errorem. Victorinus Strigelius in notis ad Psalm 4. p. 30.
edit. Lips. in 4to. (Hæc Bayle in *Dictionario Critico* non nisi in
Lansio reperire se potuisse ait.)

Ejus vita per Joh. Casam conscripta legitur in vitis Batesii p.
140, conf. Lotichium IV. Bibl. Post, p. 19. sq. Eybenum in Ma-
giti

VARIA INEDITA.

401

giti Epynomologico aucto p. 119. Confer quoque vitam quæ extat in Thevet vie des hommes illustres p. 517. ubi & ejus effigies æri incisa.

Paulus BENIVS, Eugubinus, Successor Riccoboni in Gymnasio Patavino, obiit A. 1625. vid. Tomasini Elogia Illustrum Virorum, p. 350. (ubi ejus effigies) Catalogum Operum ejus p. 354. sq. conf. Imperialis Museum historicum in ejusdem Elegio p. 159.

De hoc viro doctissimo quidem sed maledicentia notissime vid. Morhof de Patavinitate Liviana p. 16. sq.

Commentarius ejus in Aristotelis Poeticam & Rhetorican, excusus Patavii, 1613. fol. Commentarius in libros VI. primos Æneidos Virgilii, Venet, 1618. fol. De Comœdia dissertatio, Patav. 1600. 4to.

Lælii BISCIOLÆ, Mutinensis, e Soc. Jesu, qui obiit A. 1619. Hora Subcesiva Tomis duobus editæ sunt Ingolstad. 1611. & Colon. 1618. in fol.

De Autore sic videbatur: Virum fuisse lectionis oppido diffusæ, quique non, qui aliorum mos sit, absque autoribus retulerit, sed nomina librosque Autorum diligenter annotaverit. Porro magna in eo est lectionis quoque varietas: habes in eo sacra, profana, vetera, nova, theologica, philosophica, philologica. Regnant in eo philologica tamen, & in his præcipue, quæ ad verborum tum græcorum tum latinorum etymologias, ad eorundem differentias, ad ritus priscos, ad historiam in primis profanam faciunt, adeo ut unuero interdum totum det eaput, uti Dejotaro dedit cap. 12. lib. 4. Tom. II. diligens est & in distinguendis iis, qui eodem fuerunt nomine Historiam philosophicam rarius exequitur quam optavisset. Sed credo huc eum non tanta impulit, quam ad alia, cupiditas. Hæc de materia. Quod ad formam attinet Scriptionis congerit magis quam digerit, atque yalde aequaliter philosophari mihi videtur. Forte digerere tamen aptius potuisset, nisi parendum putavisset otio. Quod totum dum locis quasi communibus suis qualicunque ordine vulgandis destinat, factum inde erediderim, ut minus accurate quedam emiserit, quæ accutariora potuissent alias. Etiam hoc addo: alicubi multa

Fff 2

pau-

paucis dicere videtur, vicissim alibi pauca multis. Omnino eum inter eos habeo scriptores, quos magis varietate rerum, quam scribendi accuratione habeam in pretio. J. Thomasi Notit. Aucto. MS.

Trajanus BOCCALINVS. Scilicet calumniantur homines ut odere: atque hinc Boccalini *Scommata in Hispanos* quod intollerandam ejus scurrilitatem colapho inflicto castigasset Romæ nobilis quidam ejus gentis; quod virtute vindicare cum non posset ignavus homo, secessit Venetias, ubi contra Hispanos *Lydium Lapidem* edidit. Hæc obiter narrat Chiffletius in *Tennevrio Expenso* cap. V. p. 8.

Joh. Frieder. BOECKELMANNUS, Steinfurtensis, J. U. Doctor, ejusque Professor Heidelbergensis, Electoris Palatini Confiliarius Aulæ, postea Aulæ Vice-Præses, demum Juris Professor primarius in Academia Lugduo-Batava, obiit A. 1681. ætat.

48 Vid. Witten. Diar. Brogr. Tom. I.

Causam Palatinam de Hominibus propriis contra Antifangistas peculiari libro defendit, cui titulus: *Justitia cause Palatina*. vid. Witte. l. c. ubi ejus scripta juridica recensentur.

Incomparabilis Ictus epitaphio Lugdunensi appellatus. Devixit XXVIII. Octobr. (24. Octobr. Witte.) sine uxore, sine liberis, sed cum libris, quorum insignem thesaurum possedit. Catalogus à Juris prudentibus in pretio habetur. Epist. MS. A. 1682.

Petrus Johannes CAPRIATA, Genuensis, in historia nostrorum temporum præclare versatus, vtriusque Juris Doctor, tribus Tomis presentis Seculi [XVII.] *bella vernacula lingua* descripsit; quorum primus in Libros duodecim divisus continet armorum motus in Italia excitatos ab A. 1613, ad 1634. Secundus in sex Libros distinctus explicat bella extra Italiam excitata, & proponit ejusdem Italie motus ab A. 1634. usque ad 1644. In tertio sex quoque Libris diviso, sequitur narratio bellorum Italie usque ad Ann. 1650. Hisce narrationibus posteros Auctor sibi devinxit, dum illos edocet cumulate de Orbis tumultibus. Vixit usque ad ultimam senectutem. Oldoinus in Athenæo Ligustico p. 468. ex Soprano.

Joh.

Joh. Baptista Capriata, Genuensis, Petri Johannis Historici magni nominis filius, tertiae parti Historiarum patris literas addidit, adjunxitque in evulgatione illius A. 1663. Oldoinus l. c. ex Mich. Justiniano p. 314.

Joh CARAMUEL de Lobkovitz, Hispanus, scripsit Theologiam moralem ad prima (sicut titulo credimus) eaque clarissima principia reductam. Lovani. 1645. fol.

Lectori inter alia haec pollicetur: *Totum Decalogum à Deo dependere, & divinitus mutabilem & dispensabilem esse demonstrare*. Patet ita, eum defensorem esse *Indifferentismi Moralis* (a). Verum cum hic indifferentismus non minus quam Theologicus viam sternat Atheismo, non mirum si Atheismi quoque postulatus fuit Caramuel (b).

(a) Qua in re eo usque processit, ut afferat, multa sexto decalogi præcepto repertii interditta, que præcisa à precepto non solum dicerentur indifferentias, sed & bona, jure hanc ob causam castigatus à Sinnichio Vid. Reiferum de Atheismo p. 58. Obiter hic noto, *indifferentium moralem* (horribilis autem haec doctrina christiana cuivis exosa esse debet) si ad ejus defensores respicias, *triplicem* constitui posse. Quorum unus est Epicurus: Nam Epicurus penitus sublata prima Decalogi tabula (quippe divinam providentiam negans) sola secunda tabula præcepta valere putavit, nec alia lege, nisi humana positiva. Alter Hobbesianus: Hobbesius enim ipse quoque secundæ tabulae præcepta, Epicurum ea in re securus, ex hominum inter se pacis derivavit, interim præcepta primæ referunt ad legem Dei positivam. Tertius Scholasticus, seu quo cum alio nomine appellare placeat, quem & Caramuel secutus, utriusque tabulae præcepta lege tantum positiva Dei valere arbitratur. J. Thomafii Notit. Author. Ms.

(b) Vid. Reifer. d. I p. 343.

Caramuel, Abbas doctus, ingenuus, & moderatior longe, quam suar plurimi pontificiæ partis, in *Prodromo pacis &c.* Conringius *Animadv. de Purgator.* p. 71.

Electus fuit Episcopus Campaniensis Anno 1657. videatur Ughellus Tom. VII. Italæ sacræ p. 660, in Episc. Campaniens. ubi de ejus scriptis plura.

Nicolaus CAUSSINUS, Trecensis, è societate Jesu, Ludovico XIII. Galliæ Regi, à saeris confessionibus obiit Parisiis A. 1651 ætat. 68. natus exente Mayo A. 1583. ut legitur in aula ejus sancta,

Scripsit inter alia Libros XVI. de *Eloquentia sacra & humana*

cujus editio tertia (non ignobili, ut est in titulo, accessione locupletata) prodiit Colon. Agripp. A. 1634. 4to. Citans hos libros Vossius lib. IV. Partitionum oratoriarum c. I. p. 391. eloquentiae parallela vocat, & Caussinum tanquam melioris notae Rhetorem laudat. Est autem omnino scriptor hic cultus, eruditione & iudicio pollens inque legendis autoribus, & inde excerptis rebus satis industriam suam lectori probat. (J. Thomas. Notit. Ms.)

Scripsit etiam de Symbolica Ægyptiorum sapientia Colon. 1623, 8vo.

De ejus *Aula sancta*, quæ gallice prodiit Paris. 1647. fol. tale judicium fert Guy Patin. lett. 17. A. 1649. *On imprime ici le livre latin in folio du Pere Caussin.* Celui de la Cour sainte est veritablement plein de rapsodies, & principalement aux. 3. & 4. Tome. Ce fut l'avarice du libraire, qui pressa ce bon Pere d'augmenter le nombre de ces volumes, afin de gagner davantage, & n'en moins le bon homme estoit epuise. Il avoit mis tout ce qu'il savoit de bon dans les deux premiers Tomes.

Hermanus CONRINGIUS primum Physicæ, deinde Medicinæ & Politices Professor Helmstadiensis, insuper Augusti Duc. Brunsv. & Luneburg. & diversorum Regum & Principum Confiliarius, eruditorum ævi superioris deçus incomparabile, obiit A. 1681. ætatis 75,

De scriptis ejus editis, vide Königii Bibliothecam, Witten Diar. Biograph. T. I.

Ejus *Catalogum Virorum doctorum nondum editum citat* Quensted de Patriis Virorum illustrium p. 58. qui forte idem est cum eo libro, cuius Morhofius Polyhist. p. m. 21. meminithis verbis: Versatur & in nonnullorum manibus ejusdem liber *Æverdatorum* de scriptoribus, quam tamen extempoream ejus operam crediderim.

Conringii hostes fuerunt, Gryphiauder, Figlovius, Tabor, Malcomesius, Marinius, Wasmuth.

Erbermannus, Valerianus M., Haunoldus, Nihofius, Walenburgicus.

Ludovicus XIV. Conringium mille librarium honorario sibi devinxit. Knesebeck in Prodr. Jur. Publ.

Cor-

VARIA INEDITA.

403

Contra iugis jussu Leopoldi Imperatoris *Opus de Prætensionibus Germania* meditatus fuisse dicitur. Idem l. c.

Cunradi DIETERICI, D. Theologæ Gieffensis, qui obiit A. 1639. effigiem cum elogio & scriptorum Catalogo habes in Spiegelii Templo honoris p. 13. sq. Legitur & Panegyricus memoriae Dieterici consecratus & in publico Academiæ conventu memoriter recitatus in orationibus Schuppii p. 109. edit. Gieffens. 1658.

Johannes DOUJATIUS, nobilis Tholosas, natus X. Maii M. DC. X. Regionum Interpretum Juris Decanus, & latinus Ludovici XIV. historiographus *celebs* obiit V. Kal. Decembr. 1688. ætatis 69. Pinson in ejusd. Epitaphio.

Hieremias DREXELIUS, è Soc. Jesu, Bavariae Electoris Concionator aulicus, obiit A. 1638. æt. 57. Opera ejus junctim edita II. Tomis in 4to. Habes ibi quædam de vita ejus, post effigiem ejus ante Indicem singulorum opusculorum.

Erasmus ROTERODAMUS. Mortuus ingentem thesaurum reliquit, quem testamento conditò partim amicis, partim piis causis destinavit. In quadam de morte Erasmi Epistola Msc. nescia an edita, hæc inter alia leguntur - *Sunt qui illum septem millia aureorum, non dicam plus, reliquisse ferunt &c.* Hunc nimirum thesaurum & ipse sibi tot magnorum Virorum liberalitate adiutus comparavat. *Quem nunc post se relictum in sanctissimos usus erogandum statuit.* Testamentum ipsum Erasmi exhibit Scriverius in vita ejus p. 44. sq. Evertere hoc ejus testamentum conati sunt quidam sed horam conatus repressi sunt à Gabriele Mudæo, teste Wesenbeccio Exempl. Jurisprud. p. 97.

Adversus Erasmus, *de Imitatione Ciceroniana dialogum* scripsit Stephanus Doletus, excusum Lugduni A. 1515. 4to. de quo judicium Francisci Floridi Sabini lege apud Gruterum Tom. I. Lampadis Criticæ p. 1188. Scripsit etiam J. C. Scaliger duas orationes, quæ junctim editæ sunt, cum seorsim prius prodissent, Tolosæ A. 1621. 4to. Imo & tertiam orationem in eadem causa scripsit Scaliger, sed quæ in direptione supellestilis periit, ut constat ex confutatione Fabulæ Burdonianæ p. 312. edit. Lugd. Batav. 1617. *Æquior de Ciceroniano Erasmi censura est* Joh. Ludov. Vi-

728

vis lib. IV. de causis corruptarum artium p. 162, 163; Vieissim Ciceronianum Erasmi perstringit Jacobus Pontanus Volum. I. Progymnasi. 89. in Annot. p. 414. item in Auctario ad Rochum Perusinum de conscrib. epistolis p. 273. qui ipsius quoque Erasmi stilum aridum & exanguem vocat. Denique Andreas Schottus Tullianarum Quæstionum lib. II. p. 193. locum Erasmi profert è procēsio ejus in Tuseulanis Ciceronis ad Johannem Vlattenum (cui antehac Ciceronianum inscripsérat) in quo ipse veluti palinodiam Ciceroniani sui canere videatur.

De hac tota controversia non male, opinor, sic judicabimus. Fuit omnino latinissimus Ciceronis stílus, sed cum hunc ævo superiori nonnulli, inter quos Longolius maxime. imitandum ita sumerent sibi, ut loquendi & libertatem. nimia servitute premerent, & homine Christiano dignam puritatem horrendis ethnicismis polluerent, non male castigavit hæc vitia Erasmus. Cujus ipsius quoque stílus, quamquam à multis reprehensus, laudari tamen ob elegantiam ac perspicuitatem, aliasque virtutes præ illorum Ciceronis simiorum stílo meretur.

Quod eruditionem Erasmi attinet, si seculum illud, quo vivit, nondum penitus ab omni barbarie repurgatum intusare, tam ille habuit, ut admirationi esset orbi eruditio, id quod testantur elogia passim in eum collecta insignia. Virum divinarum ac humanarum doctrinarum Principem vocat Zasius Apolog. ad Joh. Eckium p. 64. Vindicem eloquentia invictissimum, propulsatorem sordida barbariei, Erasmus Albericus in judicio suo de Spongia Erasmi Germania verè phœnicem Musarum dulce delicium. Hermannus Nuenarius in epistola quadam, quæ adjecta legitur Piscatori Luciani interprete Pirckheymero. Nostris seculi alterum quendam, si errores demis, Origenem, Vadianus Geogr. f. 89. Unicum non solum Germanie sed etiam sui temporis ornamentum, Sigism. ep. dedic. in Josephum. Magnum illum literarum Principum Petrus Mosellanus in oratione de ratione disputandi. Modis omnibus incomparabilem virum. Alciatus II. Dispunct. 10. f. 187.

Et vero ipse meruit has laudes libris abs se editis variis, è quibus Adages Chiliades opus infinita scaturientis eruditione vocat Casp. Barlaeus de methodo studiorum,

Su-

Supereft, ut de religione Erasmi dicamus. Accensendus ille est Neutralitatis illius ævi, hoc est, iis, quibus nec Pontifica nec Lutherana religio ex omni parte approbata fuit, sed mediâ quadam via incedere placuit. Quales eo anno plures alii fuerunt, ut Johann. Staupicius, Georg. Cassander, Georg Wicelius; quorum quidem singuli cespitandi rationem videntur peculiarem secuti fuisse. In Erasmo autem præterea & hoc observandum, quod initio quidem ille causam Latheri sic satis approbare visus fuerit, sed ab ea postea aperto defecerit, scribens adversus Lutherum, sic nihilominus, ut insigniora Romanæ Ecclesiæ vitia reprehendere pergeret. Harum rerum accuratiō cognitio citra dubium hauriri potest ex epistolis ejus cū primis; sed admodum vastum illud opus est, nec ordine chronologico dispositum. Interim juxta seriem temporum notitiam non mediocrem suppeditabunt Bucholceri *Chronologia*, & Abrah. Sculteti *Annales Evangelii renovati*. Bucholceri Chronologiam in hac Erasmi historia sequitur quoque passim Lucas Osiander in Epitomes Histor. Ecclesiast. Centur. XVI item (licet tacito Bucholceri nomine) *Chronologia Ecclesiastico-politica*, quæ habetur in Gualteri (id est Gruteri) *Chronici Chro-nicorum politici libro II*, ubi vide p. 1016. 1024. 1043. &c

Nimis prolixum foret è Bucholcero aut Sculteto omnia describere. Juvabit ergo hic adhibere locum Dresseri, breviores illum quidem, sed huic negotio satis aptum, eumque annotationibus qualibuscumque illustrare. Sic ergo Dresserus de Feftis p. 121. sq. sub die Erasmi 3. Jun. *Erasmus primum Lutheri conatus in repurganda Ecclesiæ doctrina non improbavit, moderationis tantummodo plus in eo desideravit (a).* Censuit enim satius esse, virulentas quorundam contentiones contempnere quam refellere (b). Anno Christi 1520. cum Cæsar Carolus V. Aquisgrani coronaretur, interrogatus est à Friderico Saxonum Duce Imperiique Electore Coloniae, quid de Luther sentiret? Cui respondit: verum esse illius doctrinam, sed vehementiorem aliquando esse confirmavit (c). Cum iterum quereret Princeps Elector, quare adeo offendisset clericos Lutherus? duo inquit Erasmus, peccata mortalia commisit: quia tetigit coronam Pape & ventres Monachorum (d). Postea tumultuante Caroloftadio, & aliis fanaticis hominibus, Nicolao Pelargo & Thoma Münn-

zero, cœpit esse alieniori animo à Lutheri causa, adeo sibi invitam (e). esse scribens discordiam, ut veritas etiam displicat seditionis. Anno 1524. oppugnavit aperie doctrinam Lutheri, editâ diatriba de libero arbitrio (f). Inde disjuncti animo & voluntate diffidere alter ab altero indies cœpit. Fassus quidem Erasmus, Ecclesiae Romanae vita tanta esse, ut corrigi sine asperitate non possent (g), & nihilominus tamen proprie vehementiam filii à Lutherô defecit, Pontificiorum vero errores & Ecclesiasticorum viae aequi improbabit & insectatus est atque Lutherus, sed facete magis ac falso (h), eaque urbanitate, que aerbitatis mulierum habuit, non minus offendit Pontificios (i), quam Lutherus aperta veritatis professione (k). Itaque & apud Pontificios (l), & apud Evangelicos (m) collectam gratiam effudit (n), dum in uirisque invenit, quod fugiendum arbitraretur: & medius (o) haberet, quam alteri adhaerescere voluit; propemodum versus ihsus sententiam sequens, quem in ore habuisse ferunt Aristotelem, πάτερ μακρινὸς ἀριστοτέλης, μέσος δίκαιος εἰπεῖν τὸν θεόν. Hæc Dresserus de Erasmo.

h) Huc faciunt quæ refert Mich, Neander in Theologia Megalandri Lutheri v. 8. Bucholcer. Gheronol. p. 474. 475. (sequor autem editionem Franc. A. 1634.) sub A. 1518. Osiand. Epit. Histor. Ecclesiast. Centur. XVI. qu. 66.

b) Ipsa hæc Erasmi scribentis ad Lutherum verba sunt, quæ & repetit Bucholcer. p. 477. Idem vero Erasmus ex adversa quoque parte peccatum hic esse censuit. *Quid furiosus, inquit citante Bucholtero p. 486. quam rem tantam maledictis libellis & clamoribus agi? quo quidem in negotio primum utrinque peccatum est.*

c) Eadem prope habet Scultetus I. Annal. p. 54. Dresserum citans in margine.

d) Scultetus d. 1.

e) Ipissima hæc sunt Erasmi verba in Epistola quam A. 1521. 13. Aug scripsit Petro Barbirio. vid. Bucholc. p. 486. Scultet. I. Annal. p. 92. Accedit & alia causa. Sic enim Osiander p. 83. sub codem hoc anno 1521 Hoc tempore Erasmus Roterdamus, cum & sideret, Lutherum à Pontifice Romano damnatum, & à Casare proscriptum causam Lutheri deseruit, ejusque zelum in oppugnando Pontificatu Romano reprobendit, & Pontificis adulari cœpit, plus metuens homines quam Deum: & ab eo tempore multa in Evangelicos scommata libris & epistolis suis inseruit.

f) Vid. Bucholc. p. 498. & Osiandr. p. 96. qui ajusat, Erasmus à Rege Anglia & Thoma Volsejo Cardinale Eboracensi persuasum strinxisse stylum in Lutherum, editâ diatriba. Erasmus autem Lutherò iterum opposuit hypo-

- hyperaspisten. Scripta utriusque de libero seruoque arbitrio hominis naturali junctim edidit Guelterbyti cum Praefatione prolixa D. Casp. Pfaff. radius. A. 1619. 4to.
- g) Erasmus epistola quadam ad Philippum, quam ē lib. 19. Epist. Erasmi citat Neand. Theol. Luth. I. c. Plane ne dicam dolo, sic undique corrumpti mores Christianorum flagitabant, immicem aliquem castigatorem. & fortasse nostri mores meruerunt tam inclementem medicum, qui sectacionibus & unctionibus curare morbum
- h) Fecit hoc maxime in Colloquiis suis familiaribus, qualia sunt πτωχοί πλειον, Franciscani, Peregrinatio religionis ergo ἡ θραυστική Κονcio sive Medardus. Exequie seraphicae &c. Quanquam alibi & Evangelicos perstringit, ut in Cyclope sive Evangeliophoro, in quo & Joannem Oecolampodium tangi disces ex Opere Chronogr. p. 759. Passim autem in Colloquiis Erasmi occurruunt historiæ, sed nominibus personarum obvolutis, ut omnino liber hic aliqua indigeat clave, quam quidem in nulla adhuc editione deprendere potui.
- i) Raynaudus Erotem. de bonis & malis libris p. 122. Erasmi perinde ut Rabebesii libros impie facetis annumerat.
- k) ubi Erasmus innuit, Lutherus irruit, Pontificii cuiusdam censuram habes apud Raynaudum d. l. p. 23.
- l) Erasmus Catalogo hæreticorum inserit Petrejus p. 57. conf Ludov. Rab. II. von Martynern f. 218. sub historiâ Jacobi Probsts Notum quoquè scripta Erasmi subiisse censuram Indicis Expurgatorii, colloquia ejus legi prohibita. Plura dabit Possevius, Appar. sacr. Tom. I. f. 419^o seq.
- m) In Disputatione Lutheri f. 299. ed. Francof. 1568, non pauca leguntur contra Erasmus.
- n) Fuerunt & qui Atheismum ei impingerent, vid. Magiri Epomynol vol. Arianismum, vid. Dessel. Bibl. Belg. p. 177. Konig Biblioth. f. 277.
- o) Voluit quidem inter utrosque pacifici, sed nullo eventu, Osiander sub A. 1533. p. 220. Erasmus edidit librum de amabili Ecclesiâ concordia, enarrans Psalmum 84, iu quo libello Erasmus & Lutheranus & Pontificis Concordiae formulam prescribit, sed neutra pars neutralis Theologe neutralis formulam recepit. Vid. & Bucholc. Chronol. p. 528. Etiam A. 1525. scripsit consilium quoddam de quibusdam circa religionem & ritus dissidiis impulsu senatus Basileensis, quod germanice versum suppeditat Ursticus Basilius Chronicus f. 543. qui negat in operibus ejus id repertiri,
- * Hactenus memorata ex J. Thomasii Notitia Ms. delibavimus. Jungatur his Jean Erasmi Tom. 4. observationum Hallensem, Observ. 21.
- Operum Erasmi in novem Tomos distributorum enumerationem quare in Gesneri Bibliotheca f. 197. sq. cui & f. 204. subungitur Catalogus Auctorum, qui ipsius industria castigati prodierunt,

Ggg 2

Petrus

Petrus Johannes FABER, medicinae docto^r Monspeliensis, librum edidit, cui titulus : *Hercules Piochymicus Petri Johannis Fabri, medici ac Philosophi Monspeliensis, Philochymici Castrinovidariensis.* In quo peritissimum moralis philosophiae, tum chymicæ artis arcana laboribus Herculis apud antiquos tanquam velamine obscuræ obruta deteguntur, & obvia sunt, & clausa omnia philochymicis referantur. Tolose Tectotagum 1634. 8vo.

Piochymicum vocat, quia fabulam Herculis interpretatur partim moraliter, atque adeo ad pietatem seu probitatem ; partim de secretis chymicis.

Autor dedicat Cardinali de Richelieu, Castrinovidarii Anno 1630, sed ea tota epistola meritis constat, ut vocamus complimentis.

Ex corum numero est, qui chymicæ artis fere omnia pulchriora fabularum tegmine obvelata putant; quo in genere & ipse in præfatione Michaelem Majerum laudat, ipsumque vocat, *electissimum & mirificum authorem, ingenio grandi, capaci, & per omnes artes diffuso.*

Ibidem dicit, primum omnium se suscepisse Herculeos labores enodandos, & quid in ipsis occultum & abstrusum sit chymicæ artis & moralis philosophiae, diffuse, minutim, ac digesto ordine pertractasse. Patet quoque ex illa præfatione, adeo fuisse Chymicæ studiosum, ut ferre dissentientes non posset, ja-
tabundum præterea, sed hac ipsa in jactantia infirmitatis suæ remordente conscientia inconstantem. Persuasum quidem auctor in cap. I. & II. lectori cupit, id ipsum in fabula Herculis, quod invenisse ipse sibi videtur, oceultare mythologos voluisse. Sed ne per somnium quidem ipsos cogitasse dixerim de chymicis præsertim affabulationibus. Itaque nullum operæ pretium fecisse mihi toto libro Auctor videtur, ne laudem quidem ingenii meruisse. Plus enim satis passim est ineptiarum. J. Thomasi Notit, Auctor, Mscr.

Hieron. FALETTUS, aliis Phalettus, patria Savonensis, Guidi filius, Dominici Nanni Poliantheæ auctoris ex matre nepos, diversas Orbis partes ad capessendas bonas artes ingeniique cultum, quod in numerato habebat, circuivit. Lovanium urbem contra Gallorum impetum fortis pectori, literarum studiosus defendit. Claruit etiam legum peritia, poësi & eloquentia, Herculis quartio Etr.

Ferrariæ Principis Orator, Carolum V. Cæsarem, Romanum Pontificem, Reges Hispaniæ, Galliarum, Poloniæ, ac Venetam Rempublicam adivit. Trignani Comes Venetiis vivendi finem fecit, dum Principis Estenis partes apud Senatum illum sustineret. Scripsit Italice primam partem bellorum Germania evulgatam Venetiis 1572. (1555. Venetiis, in Catalogo Thuaneo) Orationes XII. &c. Elegias, Epigrammata, Lyrica. Opus de Genealogia Marchionum Estenium, Ducum Ferraria. Summis laudibus Phaletum extollunt Gesnerus, Possevinus, Sopranus, Justinianus in Scriptor, Liguriæ, Giraldus de claris Poetis, Ghilinus in Theatro, Andreas Rossettus in Script. Pedemont. qui aliam à Savona patriam eidem assignat, &c. teste Oldino Athenæo Ligustico p. 243.

Ubertus FOLIETTA, Genuensis, de patria optime meritus, virtute, ingenio, scientiis plurimis ornatus, cui summa copiam facultatemque dicendi natura largita est, claruit Seculo XVI, & scripsit: Clarorum Ligurum Elogia, Roma evulgata A. 1580. de lingua latina usu & præstantia libros tres. ibid. 1574. De vita & studiorum ratione hominis; Sacris initiati opus. De ratione scribenda historiæ Traetatus. De causis magnitudinis Imperii Turcici, virtutis ac felicitatis eorundem in bellis perpetuae lucubrationem. Desimilitudine normæ Polybianæ. De Philosophia ac juris civilis inter se comparatione libros tres. Opera subcœpiva opuscula varia. De Sacro Fodere in Selimum Libros quatuor. Narrationem expeditionum variarum Selimi in Africam, & obsidionis Melitensis. Denonnullis in quibus Plato ab Aristotele reprehenditur. &c. Universam historiam rerum Europa suorum temporum. Historiarum Genuensium Libros 12. Genæ 1585. Conjurationem Joh. Ludov. Flisci. Tumultus Neapolitanos. Cædem Petri Aloysii Farnafii, Placentiæ Ducis. Celebrant tantum virum Possevinus in Selecta Bibliotheca. Hieronymus Bardii in Chronologia. Ghilinus in suo theatro, in Syllabo Scriptorum Ligurum, citante Oldino in Athenæo Ligustico. p. 526.

Carolus du FRESNE, Dominus du Cange, ex nobili apud Ambianos natus familia, 1610. 18. Decembr. fuit Quæstorum in præfectura Ambianensi Præses; obiit stranguriæ cruciatibus, quibus per quinque fere menses fuit agitatus Anno 1688. die XXIII.

MONUMENTA

Octobr. ætatis LXXVIII. Pinsion in ejus Epitaphio. Conf. Perrault Hommes Illustres.

Immortuus est grandi Operi, cui titulum fecerat : *Chronicon Paschale sive Alexandrinum*. Colberti jussu colligere voluit novum *Corpus Historia Francicæ*, sed illo defuncto destinata sua excutus non est. Perrault l. c.

Conradi GESNERI *Bibliotheca Universalis*, sive Catalogus omnium Sciptorum locupletissimus, editus A. 1545. fol. Hanc auctam edidit Josias Simlerus, Professor Tigurinus Ann. 1573. & post J. J. Friesius Basil. 1583. fol. Supplementum adjectit Anton. Verderius Lugd. 1585 fol.

Est autem hic liber nonnisi Operis universi, quod Gesnerus moliebatur, pars prima, seu Tomus primus. (Flacius in Catalogo Testium veritatis p. 985. dum primum Tomum Gesneri citat, Bibliothecam ejus innuit) Cujus rei tametsi nullum est in titulo indicium, satis tamen, quod dixi, proditur facie statim versâ. Ibi enim ad Lectorem hæc invenies. *Exhibit autem proxime Deo favente, secunda etiam & tertia pars hujus Bibliothecæ, amba in uno volumine multo minori.* Prodiit postea Tomus secundus, cuius hic est titulus : *Pandectarum sive partitionum universalium Conradi Gesneri Tigurini Libri XXI.* Tiguri anno 1548. fol. Hic indicantur à Typographo Libri XXI. sed sunt nonnisi XIX. Libri. Duo enim huic parti, (quam priorem Pandectarum licebit appellare, quæ continent philosophica & juridica) desunt, nempe *vigesimus de medicina*, & liber XXI. de Theologia, qui tamen postea A. 1549. hoc peculiari ornatus titulo prodiit, & partem secundam Tomi secundi constituit : *Partitiones Theologica, Pandectarum Universalium Conradi Gesneri ultimus*, Tiguri, fol. Ultimus, id est, XXI. atque sic deest XX. de re medicâ : quem quidem autor & hic in titulo promittit his verbis : *Pandectis nostris, sive secundo Bibliotheca Tomo*, cuius libri XIX. nuper editi sunt, facrosanctam Theologiam &c. totius operis colophonem, hic adjungimus : *Medicinales etiam partitiones, quæ sole restant, alias sc̄ orsim, si Deus annuerit, locupletissimas editiuri.* Sed eum videre non licuit, dubitoque adeo an extet, altum certe silentium de eo in Elencho Scriptorum Gesneri apud Melch. Adami vit. Medic. p. 165. sq. Mihi qui-

quidem videtur auctor initio cogitasse de nulla facultate prætermittenda, atque sic etiam parturivisse locos communes medicos, sed postea de his edendis consilium abjecisse, id quod clarum est è præfatione partis prioris Tomi secundi, & ex iis quoque quæ in titulo partis posterioris eiusdem Tomi leges hoc modo: *Accedit Index Alphabeticus præsenti Libro & Superioribus XIX. communis, qui tertii Tomi olim promissi vicem explebit. Ipse quoque Index ille sub finem libri sic inchoatur: Index communis in Libros XX. Pandectarum Conradi Gesneri.*

Ipsum operis usum verbis Gesneri in Præfatione Pandectarum prolatis, iisque à nobis in compendium redactis, attingemus: Sciendum est igitur, eadem omnia Authorum scripta, quæ primo tomo recensentur, secundum authorum nomina alphabeti ordine repetita h̄ic esse, & pro argumenti ratione per locos communes disposita; Et quia sic non satis instructum futurum volumen videbatur, & per paucā particularia continere, addidi etiam argumentum, seu titulos capitum ex plurimis græcis latinisque authoribus, illis præsertim qui locos communes scriperunt, vel suo stylo, vel collectanea tantum, & illis qui varia tractaverunt. Multos etiam libros, quorum in primo Tomo nulla fit mentio, hic passim nominamus, partim quod eorum authores ignoti sint, partim quod eo tempore, quo primus Tomus excudebatur, nondum mihi cogniti essent. Quorum tamen authores cognoscuntur, illi in Appendice etiam primi Tomi sue ordine commemorantur. Cæterum magna hæc utilitas est, quocunque thema propositum illustrari ab illo posse, qui rhetoricae & dialecticæ præcepta vel mediocriter calleat. Materiam enim de rebus plerisque omnibus aliquam hic reperiet, alibi magis alibi minus copiosam. Et quamvis hoc spectasse videntur, quicunque locos scripserere communes, nemo tamen omnium est, qui per universas artes, & omnia studiorum genera (quæ sola Locorum probanda est distributio) locos tam multos constituerit, atque hoc in opere inveniuntur, ut nullus etiam aliud gloriari ausit, Locos ut vulgus appellat in omne thema propositum differendi, à se traditos &c.

Hæc ergo de Gesneri Pandectis: Qui omnino liber ut summa videtur ab autore diligentia fuisse compositus, ita de quolibet ar-

gumento, (medicinalia, quoniam pars illa deest, excipio) meditari aliquid volenti utilissimum fore non dubito, dum scilicet monstrat, qui autores, quos quidem ea ætas tulit, consuli de singulis queant. (J. Thomas. MS.)

Hugo GROTIUS. Mollerus Flensburgensis *Historiam vita & Fatorum Hugonis Grotii ac monumentorum illius prolixam & accuratam paravit.* Meelführer in not. ad Almelovanii Bibliothecam promissam, lit. M.

Grotius erat Vir amplissimæ eruditionis, & amplissimæ religionis. Epist. MS.

D. Wilhelmi Lyseri Epist. MS. ad Ahasv. Fritschium, 1679. Grotio idem quod Wesenbecio eventurum credo, ut post tot ejus commentatores, notas item, animadversiones ac stricturas in eum conscriptas, juventutis manibus excutiatur, quippe quæ parum inveniet in Grotio reliquum, cui tuto fidere possit.

Quis torpii epistolam de morte Grotii inseruit Colomies Bibliothèque choise, ubi & tradit Grotium postremis vitæ suæ annis in Pontificiorum partes oppido inclinasse.

Quand on S'quit à Paris que Mr. Grotius étoit mort à Rostock, le Pere Petav, qui étoit persuadé qu'il étoit Catholique, dit la messe pour lui, &c. Menagiana T. 2.

Le Pere Petau avoit une ardeur incroyable pour la conversion des hérétiques, & il n'est rien qu'il n'ait tenté pour faire rentrer le celebre Mr. Grotius dans le sein de l'Eglise, lorsqu'il vint icy en ambassade. On pretend même qu'il le convertit, & qu'il ne marqua à cette bonne œuvre que la ceremonie d'une publique abjuration. Perrault hommes illustres (dans l'éloge du secre Petau) p. 67. conf. Valeatum in vita Petavii in Collectione Bateliana p. 684. Sarraz epist. p. 58. & p. 196. Sed refellitur hic rumor in Actis Eruditorum Lipsiensibus, Mens. Julio, Ann. 1697. p. 304: Nicolaus Antonius T. 2. Biblioth. Hispan. vet. p. 141. ubi de Raymundi Sebundi libello de veritate religionis Christiana loquitur, Hugonis Grotii mentionem facit, cumque Ecclesia sua jugalem sub vita exitum fuisse, audacter affirmat. At quo jure Romana Ecclesia summum illum virum vindicent sive ex Pontificis admiratores, sive ex Protestantibus adversarii ejus, dudum accurate ostendit præclarus ejus defensor, H.

Hann-

Hammondus, qui gemino scripto Tom. II. operam ejus inserto, masculine accusationem illam à Grotii capite depulit.

Multa ad vitam Grotii spectantia singulari discursu pertrahavit, Aubery dans ses memoires pour servir à l' historie d' Hollande, à pag. 392. usque ad finem 436. pag. 397. narrat de Grotio. Il fait aussi très grand état des Poësies Lyriques de Mathias Casimir Sarbieski, Iesuite Polonois, & disoit de luy, non solum aequaliter, sed interdum superavit Flaccum.

Grotius tantum habebat mandatum à Cancellario Suecico Oxenstiernio. Hinc initio ita ei mota fuit circa titulum, Legati extraordinarii Corona Suecice & Principum Germaniae foederatorum, & aliquamdiu hæsit in S. Dionysii Suburbio, antequam sub hac qualitate admitteretur. Apparet hoc ex literis Salmasii ad Vossium, ubi & addit Salmasius, idem contigisse ipsius Cancellarii filio in Anglia. Epist. MS.

Grotius Card. Richelium adire & salutare detrectavit, vid. Pufendorffs Schwedische und Deutsche Kriegs-Geschichte Lib. XI. §. 78. ubi refert quasdam Gallorum artes, Grotium Suecis exolum reddere tentantium.

In negotiis tractandis non adeo magnus fuit, non quod ingenium ei sed applicatio deesset. La remarque de Monsieur le Vassor (dans l' Histoire de Louis XIII. Tom. IV.) sur le fameux Grotius, me paroit considerable : Il nous dit que Gustave Roi de Suede & son Chancelier Oxerstern ayant lù l' ouvrage du droit de la guerre & de la Paix de ce savant homme, ce grand Prince & son bable Ministre crurent devoir employer un homme si profondément instruit des bons Principes de la Politique. Mais le Chancelier de Suede connut par sa propre experience, qu'en politique il ya une grande différence entre la speculation & la pratique. Grotius fut aussi mauvais négociateur qu'il étoit bable Ecrivain. Il enseignoit dans son livre à être politique en homme de bien & de probité, au lieu que dans le manège il faut être ordinairement fourbe & scelerat. Ce n'est pas notre auteur seul qui parle ainsi des ministres publics ; on peut voir ce que la Bruyère en dit dans ses caractères. Le portrait qu'il en fait est long, mais je doue qu'il ensuive ceux qui savent goûter les bonnes choses. Ou le trouvera au chapitre de Souverain & de la République.

Il commence par ces paroles : Le Ministre ou le Plenier ministre est un Cameleon, est un Prothée &c. Nouvelles de Mr. Bernard 1702, Decembr. p. 649, 650.

Thomas HOBBES. Guy Patin dans la lettre 35. écrite l'année 1651. Ce jour-là on me vint prier d'aller voir un malade. C'étoit Mons. Hobbes qui a écrit un Livre du Citoyen, que notre bon ami Mr. Sorbiere a traduit en François. Je trouvay ce pauvre homme en assez mauvais état : ventre dur, tranchées, vomissements, avec de telles douleurs, qu'il avoit voulu tué. C'est un Philosophe Stoïcien, melancholique, & outre cela Anglois. Je le remis un peu en meilleur état &c.

Leviathan Hobbii in Belgica versione, quæ prodiit A. 1667. 8. apud Jac. Wagenaer Amsterdam auctior, quam in editione latina. Ediderat enim Hobbius Leviathanem Anglicano sermone conscriptum sub florentissimo Cronvelli dominatum, indignationem Regis sui fugiens & Londini degens, postea restituto Rege in latinam linguam vertit, & multa in sententiam minorum flexit, quemadmodum à Cumberlando est observatum in Disquis. de Legibus naturæ. c. 9. §. 23. Obiit 1679. Ætatis anno 91, vid. ejus vitam. Defendit enī Velthuysius in tr. de principiis justi & decori, & Beumannus Théologus Francofurtanus Théologus Francofurtanus in Discursibus privatis.

Petrus Cornelius HOOFT, Belga, Amstelodamensis, Eques S. Michaelis, Dynasta Muidensis & Judex Provincialis de Goyland, obiit A. 1647. Ætatis 66. Composuit Historiam Belgicam, Relationem de domo Medicorum Belgicæ, Witte Diar. Biograph. T. 1. Quod P. Corn. Hoofdio placuit in præclaro nec intermorituro Annalium Medicorum opere, in quo ambigas, magisne ames veri amorem, an eximiam mirere prudentiam, an purissimam lectissimi sermonis patriæ castimoniam. Vossius de vitiis Sermonis p. 541.

Stanislai HOSII, Cardinalis, Sedis Apostolice Legati in Concilio Tridentino, ac in regno Poloniae, Scripta tanto Christiani orbis consensu & approbatione accepta sunt, ut ipsomet adhuc in vivis agente bis & tricesies prælo subjecta esse ferantur, Romæ, Lutetia, Lugduni, Antwerpia, Colonia, Lovaniæ, Mo-

Moguntiæ, Cracoviæ, Venetiis & alibi, in Gallicam, Italicam, Germanicam, Flandricam, Anglicam, Polonicam & Arabicam Linguam translata. Obiit 1579. Capranae dies Augusti. Cada- ver Romam delatum; Sepulchrum in Ecclesia S. Mariæ trans Ty- berim habuit cum Epitaphio, quod recitat *Oldoinus in Atheneo Romano p. 616.* Huius acta explicarunt Stanislaus Rescius in vi- ta, Ciacconius cum Auctariis, Panyinius, Hippolytus Marrae- cius in Purpura Mariana, & in Bibliotheca, aliquique plures. In Catalogo Scriptorum, Hosii comparent quoque, *Latini Sermones observationes, Epistolæ ad diversos.* V. Oldoinus l. c.

Dominicus JACOBATIVS, Cardinalis &c. qui Romæ obiit A. 1527. posteris reliquit *Volumen de Concilio;* In quo de loco Concilii tractat, & ad quem spectet congregare Concilium, quan- do sit congregandum; quales esse debeant intersuturi concilio; An Papa habeat auctoritatem à Conciliis generalibus, & an Con- cilium posse restringere auctoritatem Papæ; an Cardinales qui discesserunt à Papa possint congregare Concilium; an Papa pos- sit accusare hæreseos; Ex quibus causis & quomodo Papa possit deponi, & de appellatione Papæ ad Concilium. v. Oldoini Athe- næum Romanum p. 193.

Joh. IMPERIALIS, Vicentini, Elogium & effigiem vide sis in libro Italico: Glorie degl' Incogniti p. 205. ubi dicitur Mu- seum Medicum edere voluisse.

Georg. Matthiæ KÖNIGII, Professoris Altiorffini, *Bibliotheca vetera & nova* prodiit Altdorfi, 1678. fol. Hanc ad unum & alterum mensem secum habuit Christianus Daumius, antequam in- primeretur; & multis modis auxit, ut ipse testatur in Epist. MS. ad Joach. Fellerum, A. 1672.

Non parum se debere Bibliotheca Königianæ fatetur Bayle, dans son *Dictionnaire Critique* lit. K. Königius, Professeur en Poësie & en langue Grecque & Bibliothecaire dans l' Academie de Altiorff, me- rite d'une façon particulière d'avoir ici une place; Car je seroie un ingrat, si je ne reconnoissois, que le livre qu'il publia l'an 1678. (intitulé *Bibliotheca vetera & nova*, in fol. Je le cite souvent, & je le cri- tique quelque fois) me rend des services considerables. Je ne doute point qu'il ne soit utile à un tresgrand nombre de gens de lettres, non

obstant la censure qui lui est tombée sur le dos. (in Molleris Isagoge ad historiam Chersonesi Cimbricæ.)

Quirinus KUHLMANNUS. Bataviæ mentio Kuhlmanni me admonet, qui olim vobis notus & nisi fallor poetica laurea ornatus est. Multa de eo bona, mala ab aliquot annis audivaram, sed qui rebus ad me nondum adtinentibus misericri nolo, ne quidem quid rei subfasset, penitus cognoscere laboravi. Ista vero ætate ab alio mihi missus Amstelodamo ejus, quem vocat *Quinarius*, nec non antea epistola Londinensis, & paulo post tractatus, quem needum vidi, in quibus Dn. Fischerum, Rigensem, D. Acoluthum Uratslavensem, & me provocat, ut de *Jacobo Bohemiae* publice ferainus sententiam loeo defuncti D. Mulleri, cui olim librum (ut audio, nec enim vidi) Neubegersteter Bohm inscriperat. Si hominis illius in Germania scripta pluribus innotescerent, nova in me insontem ex hoc suspicio, tanquam Bohe- mi illius partibus addictus essem; cum tamen consilio haec tenus abstinuerim ab omnibus ejus viri, nec ei subscribens, nec tamen adversantibus me jungens. Neutrū enim facere possum, qui scripta non legi, & quæ legi nec intellexi quidem. Qui vero judicium ferre debet, eum non perfunctorie mentem scriptoris introspicisse oportet. Scripsi ergo ei, qui ad me miserat chartas, & provinciam hanc declinavi; si possit Kuhlmanno persuadere, ut me rerum mearum satagere patiatur nec negotiis alienis misceat. De ipsomet etiam quid dicam vix habeo, nisi unum hoc, quod me ipsis misereat, sed non videam qua ratione se extrahi patiatur, quibus se hinc inde iactandum commisit fluctibus. Si velis nec aliunde jam vidisti Epistolam Londinensem & Quinarium ad te mittam, ut ex iis cognoscas, qualis sit hoc tempore, quem haud dubie alium olim nosti. Deus Ecclesiæ suæ ipse gerat curam, & quibus dona præ aliis eximia concessit, ne patiatur illis abuti vel se altiora quærere, nos vero custodiat ab omni temerario judicio. D. Phil. Jac. Speneri Epist. MS. ad Abaser. Fritschium, Francof. ad Mæn. 1680. Kal. Novembr.

Joh. LAUNOII Liber de varia Ariostelis in Academia Parisiensi fortuna &c. ad Henr. Ludov. Habertum Monmorium, pri-
mum excusus Lutet. Paris, A, 1653. 8vo, deinde Hagæ 1656. 4to.

Pro-

Profitetur quidem autor partes se Historici acturum non Iudicis, satis tamen appetet æquorem eum Aristotelicis, quam Aristoteli fuisse. Quo affectu occupatus vereor ne adversus Aristotelem gravius quædam, quam necesse erat, sit interpretatus, putaveritque ipsum Aristotelem & integrum damnari, cum abusus vel pars Aristotelicæ Philosophia malignior, aut etiam perversis Arabum interpretationibus corruptior damnata sunt. Proderit interim in eo quod diligentissime colligit, tum quæ fuerint de Aristotele judicia SS. Patrum (fuerunt autem non satis æqua vel Platonismi studio vel ob alias causas) tum quemadmodum post Secula Patrum, Scholasticorum ævo non defuerint subinde, qui illam Aristotelicæ Philosophiæ cum Theologia mixturam non improbaverint. Estimandus insuper, quia subinde quædam profert ex Historiarum monumentis MS. aliisque nondum editis. J. Thomas. Notit. Auctor. MS.

Wolfgangus LAZIUS. Oratio in funere ejus Viena An. 1565. habita à Diomede Cornario, adjecta est Cornatii hujus Consiliis medicinalibus, Lips. 1599. 4to.

Lazius egregia sane opera, imprimis de migratione gentium, elaboravit: sed tot in eo errores quot folia asseveravit magni nominis Historicus, Wigulejus Hundius, referente Joh. Wolffg. Freymonio JC. Consiliario quondam Cæsareo; & veram assertionem deprehendet, qui Hundii Genealogias cum Bavanicis Lazii contulerit: quamvis nec ipse Hundius omne tulerit punctum, & sit ubi fides aliquando labascat. Nicol. Rittersh. ad Lectorem Geneal. ed. Tubing. 1658.

Wie denn seine Genealogien in libris de migrationibus gentium ganz ungewiß und durch einander verwirret sind: Ich auch gänzlich glaube/ daß es nur entworfene Rhapsodien, die er noch nicht elaboriret habe / und freylich nicht willens gewesen dergestalt in Druck zu geben. Spangenberg, Chronic. Querfurt. p. 158.

